tione manifesta nominatur unctuose. ¶ Ego autem quando iam exponere tibi res de quibus interpretari difficile est per sermones; ¶ Et ego quidem miror de quibusdam quibus fit facile et super quas fit leve nominare sapores omnes scilicet amarum et acre et dulce et unctuosum et acetosum. ¶ Et ipsi fuerunt antiquos nominare eos nominibus diversis ¶ Nam illud quod invenimus de accidentibus ab eis in sensu est diversum diversitate non parva. ¶ Et fortasse melius esset eis si non fuissent speculati in naturis et loqui super genera eorum me evanescere facerent et negarent res que visibiliter inveniuntur et que nomina permisset. ¶ Verum ipsi evanescere faciunt ex qua complexione et ex qua copulatione et ex qua forma de formis corporum et ex qua re alia quacumque res volunt nominare illud generetur stipticitas. et ex qua re alia quacumque res volunt generetur amaritudo et acetositas et acredo et dulcedo et unctuositas. ¶ Nam imitatores platonis et imitatores aristotilis et imitatores theofrasti iam quesierunt distinguere has res et distinguere inter eas et res in eis est manifesta quia si corpora omnia sunt composita ex calido et frigido sicco et humido per proportionem convenientem eis tunc unaqueque harum qualitatum etiam comprehensa per gustum non accidit nisi a complexione harum quatuor. ¶ Et si isti homines secundum rationem hanc conarentur exponere quod est unumquodque saporum iam diximus ad stultare sermones eorum sicuti me et super illud agerem eis gratias magnas ¶ Verum propterea quod ipsi non faciunt hoc nedum aliud et cum hoc conturbant et confundunt species sensatorum omnium ita ut forsitan egrediatur secundum sententiam suam ad hoc ut nominentur omnia corpora sensata stiptica non invenio me diligentem audire sermonem eorum primo nondum nolo ut abstineant ab istis disceptationibus inanibus. ¶ Et nos quidem inquiremus in sequentibus ut ostendamus per demonstrationem a qua complexione proveniat unumquodque saporum. ¶ Capitulum xxvii.

de instructione discipulorum ut insistant utilibus et faciant experientias de medicinis in humano corpore et de tractandis in libris sequentibus et quod prolixitas sermonis necessaria est in duobus primis tractatibus huius libri ut discipuli retrahantur ab erroribus veterum.

Nunc vero in primis volo discipulos reducere et ad hoc reddere usitatos ut eligant et assumant illud per quod provenit utilitas in arte medicine et sint contenti eo ¶ Et cum volunt experiri qualiter alteret unaqueque medicinarum corpus cum occurrit procedant ad experimentum et faciant illud super quod significat eis. ¶ Nam nos non inquirimus de unaquaque medicinarum qualiter est in se et qualis est eius dispositio apud totam naturam. ¶ Et si nos fecerimus illud non dicemus quod acetum neque quod aqua maris desiccat corpus et quod virtus utriusque est una sicut tamen utraque sint actu humida continentia et ex eo quod est manifestum est quod nos non dicimus quod utrumque sit ita nisi apud nos et apud naturas nostras et apud sensum nostrum. ¶ Et sermo noster est equalis sermoni quod ista duo exsiccant corpora hominum ¶ Et similiter est res in rebus calidis et frigidis siccis et humidis. Sed iste item non dicuntur ita esse nisi quoniam calefaciunt aut infrigidant aut humectant corpora hominum non quod sint ita apud totam scientiam neque in se. ¶ Secundum hanc ergo rationem est nobis necesse cum nos rememoramur harum conditionum ut dicamus quod experimentum solum sine alio est quo omnia ista experimentur veraciter leviter. ¶ Et id est quoniam qui recedit ab experimento et extendit ipsum et conatur experiri res istas per rem aliam est dispositus ad hoc ut mentiatur et ut consequatur ipsum cum meditatio sua quod speculatio in hoc casu ad quod intendimus est falsa et vana. per quam non provenit utilitas cum nos non intendamus hic ad investigandum de unaquaque medicinarum quomodo est in se primo non intendimus nisi investigare de operatione eius in corporibus nostris quia de eius proprietate est efficere ¶ Et ego quidem finio tractatum meum istum qui est tractatus primus totius libri huius. deinde incipiam in tractatum secundum qui sequitur cum inquirere de oleo et de oleo rosarum secundum sententiam exemplorum. Et ostendam in his duobus iterum semitas horridas malas quibus incesserunt et quibus usi sunt omnes [illegible] ratione et precipitaverunt seipsos in primis plusquam fecerunt errare alios deinde precipitaverunt secum post illud gentem multam ¶ Et cum explevero secundum tractatum incipiam in tractatum tertium investigare complexiones ingrediens in eis modo dyaletico et rationali in precedentibus totam sententiam medicinarum singularium donec complebo eas. ¶ Cum ergo pervenero ad tractatum quartum distinguam virtutes medicinarum omnium et declarabo eas. ¶ Et hec est res quam ego premisissem si potuissem in primis cum rememoratus fui eius in principio mei libri si libri omnium medicorum qui fuerunt nostro tempore non fuerint pleni erroribus et deceptionibus concitantibus in eis secundum proprium. ¶ Ergo necesse est mihi per hanc causam ut inducam et